Monatlich erſcheinen zwei Nummern. Preis bei der Poſt halbjährlich 15 Sgr.

Paſtoralblatt

für die Diöceſe Ermland

herausgegeben von

Profeſſor Dr. F. Hipler, Regens des Prieſterſeminars zu Braunsberg.

Geeignete Beiträge möge man direkt an den Redacteur gelangen laſſen.

№ 11. Sechſter Jahrgang. 1. Juni 1874.

Inhalt: Verordnung über die biſchöflichen Reſervate in Ermland. — Zwei Fehler des Predigers. — Zur Geſchichte des Herz-Jeſu-Feſtes in Ermland. — Diöceſan-Nachrichten.

Philippus,

Miseratione Divina et Sedis Apostolicae Gratia Episcopus Warmiensis,

Venerabilibus in Christo fratribus nostris, hujus nostrae dioecesis Warmiensis presbyteris Salutem in Domino!

I. Quum ex antiquis synodorum constitutionibus, quas secuti sunt sapientissimi concilii Tridentini patres (sess. 14. de sacr. poenit. cap. 7) magnopere ad Christiani populi disciplinam pertineat, ut atrociora quaedam et graviora crimina non a quibusvis, sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolvantur, unde et pontifices maximi pro suprema potestate sibi in ecclesiam universam tradita causas aliquas criminum graviores suo peculiari judicio reservarunt et hoc idem etiam episcopis ad retinendam christianam disciplinam et ad populi sibi commissi aedificationem competat jus, inde a retroactis saeculis praedecessores nostri Episcopi Warmienses potestatem hanc exercendam censuerunt. Quae quidem casuum reservatio ante concilium Tridentinum ad magnum excrevit criminum numerum, quemadmodum Henrici III synodale statutum (Nr. 23) itemque constitutiones synodales Francisci Episcopi (Nr. 27) ostendunt. Restricta jam a sagacissimo antecessore nostro Luca hac reservatione, constitutionibus Hosianis archipresbyteris a peccatis reservatis omnibus occultis absolvendi potestas facta est, quatuor tamen exceptis, sc. homicidio, oppressione puerorum, haeresi et criminibus excommunicationi obnoxiis, quam facultatem bon. mem. Simon Rudnicki Episcopus omnibus confessariis delegavit. In annexis denique secundae epistolae pastoralis antecessoris nostri pii Christophori Joannis de Szembek d. d. 14. Julii 1726 jurisdictio in illa tantum quatuor crimina reservata est, quibus ex litteris encyclicis Josephi Episcopi d. d. 26. Febr. 1828 quintum illud incendiariorum accessit.

II. Quum vero constitutione SS. D. N. Pii P. IX d. d. 12. Oct. 1869 quae incipit „Apostolicae sedis“ (cf. Erml. Pastoralblatt 1872. p. 89 seq. et Instructio Eystett. p. 181) numerus censurarum latae sententiae magnopere minutus sit, nobis temporum mutationem criminumque grassantium varietatem animo revolventibus visum est, quod jam piae mem. immediatus praedecessor noster Josephus Ambrosius probe sensit, sed morte praeventus exequi non potuit, aliud in casibus jurisdictioni nostrae reservatis moderandum et derogandum, aliud addendum esse; hinc volumus, statuimus et decernimus, ut in posterum praeter excommunicationes episcopo a Papa vel a jure reservatas sequentes quinque casus sedi nostrae ordinariae reservati sint: 1. Haeresis. 2. Homicidium. 3. Procuratio abortus. 4. Incendium. 5. Incestus.

De his casibus, qui sequenti comprehenduntur versu memoriali:

„Haeresis, incestus, caedes, incendium, abortus“

brevem hic subnectimus instructionem.

1. Haeresis et apostasia. Ad haeresis et apostasiae crimina incurrenda non solum requiri errorem intellectus sed pertinaciam etiam voluntatis neminem profecto latet. Ceteroquin haec crimina, quae propter censuram annexam speciali modo Summo Pontifici reservantur, in iis etiam qui propter ignorantiam juris hac censura non innodantur, ratione sui reservata Nobis esse volumus, monentes insuper, ut quae Instructione nostra d. d. 10. Novembris 1870 (cf. Erml. Pastoralblatt 1871. p. 6) de haeresi veterocatholica seu potius neoprotestantica praescripsimus, stricte observentur.

2. Homicidium. Sub nomine homicidii hic intelligitur omne vulnus lethale, voluntarie et graviter peccaminose inflictum vel porrectio veneni vel alia actio aliqua violenta mortem inducens. Reservatio autem his in casibus locum tantummodo habet morte jam secuta, et tunc non modo in simpliciter perpetrantes, sed etiam in mandantes et efficaciter consulentes vel auxilium ferentes. Quoad oppressionem infantum, quae, si certo et manifeste graviter culpabilis est infansque annum unum nondum compleverit, ad homicidii reducenda est reservationem, feminae data occasione saepius, e. g. occasione baptismi vel primae post partum confessionis, vel per obstetrices specialiter monendae sunt, ne infantes secum in lectum recipiant et retineant.

3. Procuratio abortus. Hanc reservationem non solum eos incurrere volumus, qui effectu secuto

abortum procuraverunt, sed etiam eos, qui animo procurandi abortum quocunque demum tempore a conceptione factum fuerit, causam aliquam sive efficacem sive insufficientem posuerint percutiendo, sumendo, propinando, hauriendo, saltando, parando, applicando, et feminam in se ipsa abortum procurantem, quam nonnulli autores a reservatione excipiunt, sub ea comprehendi in nostra dioecesi declaramus. Quoniam vero abortus ex causis naturalibus quoque evenire potest, statuimus, ut quotiescunque dubium sit, num abortus ex causis naturalibus an ex actione culpabili cum intentione procurandi abortum perpetrata secutus sit, casus reservatus esse censeatur. Attamen a reservatione immunis est mater, quae labore vel quocunque alio modo absque tali intentione causam abortus licet graviter culpabilem praebuerit.

4. Incendium. Incendiarii nomine venit, qui dolo malo animoque deliberato, ex odio vel vindicta vel alicujus commodi aut lucri consequendi gratia aedificia, domos, pagos, oppida, ecclesias, loca sacra aut alia quaecunque bona inflammabilia, sive propria sive aliena, ex gr. segetes, ligna, silvas, naves etc. apposito igne incendit, ex quorum incendio grave damnum secutum fuerit, et ad hoc scienter consilium vel auxilium praestat.

5. Incestus reservatus est copula carnalis illicite habita inter consanguineos vel affines in primo et secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis, in linea recta vel transversa. Sub hac reservatione neque cognatio legalis neque spiritualis comprehenditur.

Nullus igitur confessarius a quinque casibus enumeratis poenitentes post peractum decimum quartum aetatis annum in ista peccata lapsos absolvere potest, nisi specialem desuper nostram aut nostri Vicarii in Spiritualibus Generalis sive pro omnibus casibus occurrentibus sive pro aliquo casu particulari licentiam obtinuerit.

Verum ne hac occasione reservationum aliquis pereat, in Ecclesia Dei, ut monent Tridentini Patres, (sess. 14 cap. 7) custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo sive periculo mortis. Praeter hunc casum jure communi a reservatione exceptum, Nos aliorum Episcoporum exemplum secuti, loca quaedam et tempora quoad reservatorum absolutionem privilegiata habere volumus. Quare omnes confessarii approbati facultate absolvendi a casibus reservatis gaudeant,

1. si audiunt poenitentes in carceribus publicis et aegrotantes quoscunque in nosocomiis detentos;

2. si audiunt infirmos s. viatico vel oleo infirmorum muniendos;

3. si excipiunt confessiones sponsorum, qui intra octiduum a die confessionis matrimonium contracturi sunt;

4. si poenitens confessionem generalem, quae peccata totius vitae vel saltem duorum annorum amplectitur, emittit, sive ex utilitatis sive ex necessitatis ratione, non vero eo tantum fine, ut a reservatis possit absolvi;

5. tempore missionis, intra tamen illarum parochiarum fines, pro quibus missio habetur;

6. in festis et pervigiliis Paschatis, Pentecostes et Nativitatis Domini nostri nec non in festis et pervigiliis assumptionis B. M. V. et S. Andreae Apostoli hujus dioeceseos patroni;

7. quotiescunque excipiunt confessiones in infra dicendis ecclesiis peregrinantium confluxu celebribus
 a) in ecclesia ad Visitationem b. Mariae V. in Heiligelinde,
 b) in ecclesia ad Visitationem b. Mariae V. in Crossen,
 c) in ecclesia olim conventuali in Springborn,
 d) in ecclesia ad S. Crucem in Stegmannsdorf,
 e) in ecclesia parochiali ad SSmum Salvatorem in Glottau.

Omnes autem confessarios enixe hortamur, ut hac facultate sapienter utantur et si quos poenitentes vigore ejusdem facultatis statim absolvendos esse in Domino judicaverint, eos de hac speciali facultate commonefaciant.

III. Ad nostram porro jurisdictionum pertinent excommunicationes a Papa vel jure episcopis reservatae. — Ex constitutione Pii PP. IX d. d. 12. Oct. 1869 praeter procurantes abortum effectu secuto, de quibus jam supra (II, 3) egimus, absolvit episcopus sequentes excommunicationis sententia illaqueatos:

1. clericos in sacris constitutos vel regulares aut moniales post votum solemne castitatis matrimonium contrahere praesumentes;

2. litteris Apostolicis falsis scienter utentes vel crimini in ea re cooperantes;

Quibus accedunt ex jure communi:

3. incidentes in casus Papales occultos, exceptis iis, qui speciali modo Sanctae Sedi reservati sunt (cf. Conc. Trid. sess. XXIV. cap. 6. de R.);

4. incidentes in casus Papales occultos, sed impeditos Romam adire (cap. 11. de caetero X de sent. excomm. V. 39);

5. communicantes in eodem crimine censurato cum excommunicatis ab episcopo (Cap. 29 Nuper X. de sent. excomm. V. 39);

6. percutientes clericos, si percussio fuerit levis, vel etiam gravis a muliere vel impubere facta, etsi primum post pubertatem petit absolvi, item si clerici in communi collegio vel seminario viventes se invicem percusserint, vel si religiosus percusserit clericum saecularem vel si percussio fuerit occulta (Cap. 58. Quamvis X. de sent. excomm. V. 39);

7. excommunicatos ab episcopo per sententiam particularem (Clemens X Superna § 7 d. d. 21. Junii 1670).

Omnes hos casus censuris obnoxios, neque in supra allegatis privilegiis locorum vel temporum, neque in facultate absolvendi a reservatis episcopalibus cuicunque sacerdoti concessa, nisi specialiter eorum mentio facta fuerit, contineri hisce expresse declaramus, excepto tamen crimine procurationis abortus effectu secuto, pro cujus absolutione eos

quoque sacerdotes specialiter delegamus, quicunque facultate absolvendi a reservatis gaudent.

IV. Quod denique ad illos attinet casus, quos summi Pontifices sibi reservarunt, duo sunt, qui ratione sui, ceteri omnes, qui propter censuram annexam summo judicio relinquuntur. Duo illi sunt:

1. denuntiantes falso innocentem confessarium de crimine sollicitationis apud judices ecclesiasticos sive impiis calumniis sceleste procurantes, ut ab aliis fiat ejusmodi denuntiatio;

2. accipientes munera a religiosis utriusque sexus, valorem 42 marcarum excedentia.

Alii casus papales propter annexam censuram reservati sunt ac propterea, cum censurae nonnisi per contumaciam incurrantur, fideles iis non ligantur, nisi sufficienter eis innotescant. Pius PP. IX constitutione sua „Apostolicae sedis" d. d. 12. Oct. 1869 censuras latae sententiae ipso facto incurrendas ad minorem numerum reduxit, quae ex constitutione illa diligenti studio perscrutanda cognoscantur. Ex quibus casibus praeter haeresim et apostasiam, de quibus jam supra dictum est (cf. II. 1) inprimis sequentes notandi sunt, quia forte in his regionibus et temporum circumstantiis facile ab aliquibus incurri possunt:

1. Lectio et retentio librorum prohibitorum (cf. Constitutionem d. d. 12. Oct. 1869. I. 2).

2. Recursus ad forum saeculare contra libertatem et jura ecclesiae (l. c. I, 6—8).

3. Absolutio attentata complicis in peccato turpi contra praeceptum VI (l. c. I, 10).

4. Usurpatio bonorum ecclesiasticorum (l. c. I, 11).

5. Enormis percussio clerici (l. c. II, 2. cf. supra III, 6).

6. Duellum (l. c. II. 3).

7. Peccatum eorum, qui sectae Massonicae aut societatibus secretis adhaerent (l. c. II, 4).

8. Mercimonium missarum (l. c. II, 12).

Quarum excommunicationum quatuor priores Summo Pontifici speciali modo reservatae sunt.

Frauenburgi, ad aedes nostras episcopales
1. Maii 1874.

† Philippus.

Zwei Fehler des Predigers[1]).

Ein ſchädlicher Fehler des Predigers iſt es, die verdorbenen Geſinnungen, Denkarten und Sitten ſeines Zeitalters mit dem Evangelium ausgleichen und den Frieden zwiſchen dem Worte Gottes und der unbändigen Sinnlichkeit herſtellen wollen, ohne dieſer wehe zu thun. Denn da ſich das Evangelium zum Genius des verdorbenen Zeitalters verhält wie eine gerade Linie zu einer krummen: ſo kann zwiſchen dieſen zweien keine Einigung hervorgebracht werden, außer es wird entweder das gerade Evangelium nach der Sinnlichkeit umgebogen, und dies iſt Verbrechen an der göttlichen Wahrheit, oder es wird die krumme Sinnlichkeit der Norm des Evangeliums unterworfen, und dies gehört zur eigentlichen Umſchaffung des Menſchen, die ſich ohne die Schmerzen der Selbſtverläugnung nicht wohl denken läßt. Wer nun das delikate Ohr der Welt mit dem unangenehmen Prozeſſe der Selbſtverläugnung verſchonen, den ſchmalen Weg breit und die enge Pforte weit machen will, um den Menſchen nicht wehe zu thun: der thut den Menſchen ſchrecklich wehe, denn er wiegt ſie am Rande des Verderbens in einen gefahrvollen Schlummer ein; und wer dies noch dazu als Prediger thut, der verſündigt ſich gröblich an dem Evangelium, das kein halbes Herz, und an ſeinem heiligen Beruf, der keinen halben Mann leiden kann. Wer hat je mehr Menſchen gebeſſert, als die Apoſtel, und wer hat dem verdorbenen Zeitalter weniger geſchmeichelt, als die Apoſtel? Sie mußten ſich zwar den Lohn des Zeitalters, Hohn, Geißel, Kerker, Tod — gefallen laſſen; aber das iſt eben das Kennzeichen der geprieſenen Freimüthigkeit, daß man Wahrheit verkündet, nicht um ſich und ſeiner Partei den Genuß der zeitlichen Ehre oder eines andern zeitlichen Gutes, ſondern um die Menſchenherzen der ſeligmachenden, ewigen Wahrheit zu gewinnen. Der Prediger kann bald inne werden, was ſeine Zuhörer am liebſten hören — denn ſie ſind Menſchen, und die Menſchen (Ausnahmen ſtoßen die Wahrheit der Regel nicht um) mögen die Wahrheit nur ſo lange hören, bis ſie ſich das Recht herausnimmt, die Hörenden ſelbſt zu ſtrafen. „Das iſt eine unverzeihliche Unhöflichkeit: wir hören dem Prediger ſo viele Jahre geduldig zu, und er will unſere Schwachheiten nicht heilig ſprechen und unſere Thorheiten nicht entſchuldigen, und unſere Krankheiten nicht ſanft ſtreicheln, und das Ende unſeres Weges nicht vor uns verbergen". So denken die verwundeten Menſchen, wenn ſie es gleich nicht ſagen. Wenn nun der Prediger ſeine Lehre nach dieſer geheimen Denkart ſeiner Hörer zuſchneidet und ihre Höflichkeit mit einer andern bezahlt — ihre Thorheiten, Schwächen, Verbrechen wie ein Heiligthum ſchonet: ſo werden ſeine Vorträge gern gehört werden, aber ſtatt das Unkraut auszurotten, ſelbſt nach Feindes Art neues ſäen.

Ein entgegengeſetzter Fehler iſt es, in allen Predigten nur von der Sünde ſprechen, nur ſtrafen, daß ſich auch der beſſere Theil mit Grund beklagen kann: unſer Prediger wird das ganze Jahr nie gut mit uns. Wozu iſt denn die Liebe Gottes gegen uns, als daß ſie die Menſchen zur Gegenliebe reize? Wozu die Freundlichkeit Jeſu, als daß ſie die fähigen Herzen an ſich ziehe? Zwar ſind nicht Alle fähig, den Zug jener Liebe und dieſer Freundlichkeit zu fühlen: aber einige ſind es doch, und dieſe einigen wollen auch Vortheile aus der Predigt haben. Es iſt dies überhaupt das ſeltene Kunſtſtück des Predigers, daß er, wie die chriſtliche Sittenlehre, Allen Alles werde, um Alle zu gewinnen. Zudem hat Alles ſeine Zeit; es iſt eine Zeit, die Heiligkeit und Gerechtigkeit Gottes, und eine Zeit, die Güte und Freundlichkeit Gottes darzuſtellen. Auch ſollte uns die Natur des Menſchen leiten. Wir haben eine Scheu vor dem

[1]) Vgl. Sailer's Werke. XX, 97.

Unrecht und eine Liebe zum Guten in uns, und beide ſind ſchwach, zum Beweiſe, daß jene Scheu und dieſe Liebe ſollten befeſtiget werden. Und wenn der Fehler der Einſeitigkeit je ein Menſchenwerk verunſtaltet, ſo verunſtaltet er gewiß die Predigten. Noch ſchlimmer wäre es, wenn wir unſern Gott nach unſerm Temperament oder gar nach der Laune bildeten und dieſes Gebilde zur Verehrung ausſtellten.

Laßt uns vielmehr gut, gerecht, heilig, aufrichtig werden, damit wir von dem, der das Gute ſelbſt, der die Heiligkeit, Gerechtigkeit, die Wahrheit ſelbſt iſt, von Gott wenigſtens zu ſtammeln nicht unfähig bleiben mögen!

Zur Geſchichte des Herz-Jeſu-Feſtes in Ermland.

In der Diöceſe Ermland wurde eine Brüderſchaft zum h. Herzen Jeſu zuerſt in der Kreuzkirche zu Braunsberg errichtet, und zwar am Herz-Jeſu-Feſte des Jahres 1748, welches damals auf den 21. Juni traf. Papſt Benedikt XIV hatte das Privilegium dazu ertheilt, und die erſtmalige Feier des Herz-Jeſu-Feſtes in Verbindung mit der Begründung der Bruderſchaft fand am gedachten Tage in der feierlichſten Weiſe mit Ausſetzung des hochwürdigſten Gutes, Predigt und Celebration eines Hochamtes und zweier ſtillen Meſſen ſtatt. Der Zudrang des Volkes war außerordentlich; 7 Geiſtliche waren im Beichtſtuhle vollauf beſchäftigt. Im nächſten Jahre (1749) zählte man in Folge dieſer Andacht in der Kreuzkirche 7589 Kommunionen (Januar = I: 262; II: 720; III: 841; IV: 50; V: 2931; VI: 150; VII: 60; VIII: 300; IX: 1101; X: 389; XI: 475; XII: 310). Ein Jahr ſpäter erſchien zu Nutz und Frommen der Mitglieder dieſer Brüderſchaft ein Büchlein unter dem Titel: „Lebensbaum gepflantzet bey dem Waſſer, Deſſen Frucht ſehr ſüß denen, ſo ſich unter ſeinen Schatten begeben... Das iſt: Andacht zu JESU dem gecreutzigten Und deſſen Allerheiligſten Hertzen; Wobey eine Hiſtoriſche Erzehlung Von dem nahe bey der Stadt Braunsberg... befindlichen Wunderthätigen Gnaden-Bild des H. Creutzes.“ Br. im C. S. J. 1750. 12°. 403 S. — Einige Jahre darauf, am 29. Oktober 1763, reichte der Fürſtbiſchof von Ermland Adam Stanislaus Grabowski ein Memoriale an den h. Stuhl ein, worin er, wie es damals gleichzeitig viele Biſchöfe in Polen, Deutſchland und Frankreich thaten, um allgemeine Einführung des Feſtes des hh. Herzens Jeſu, wenigſtens in ſeiner Diöceſe poſtulirte. Er ſchreibt darin u. a.: „Prostrato al bacio de' Santissimi piedi di vostra Beatitudine, mi fo lecito d'esporle, ché essendosi in questo Regno di Polonia molto dilatata la divozione verso il Santissimo Cuore di Gesù, di modo chè vi sono più Confraternità arricchite d'Indulgenze concessele dalla Santa Sede, e che se ne celebra la festa il Venerdi dopo l'Ottava del Corpus Domini con una Messa del Santissimo Cuore di Gesù (che ritrovasi ne' Messali stampati in Germania) solenni processioni, e prediche...“ (Vgl. Nilles, de rationibus fest. SS. Cordis Jesu. ed. III. 1873. I, 64 u. 122). Papſt Clemens XIII gewährte unter dem 6. Februar 1765 dies Geſuch, und hierauf erfolgte die Aufnahme dieſes Feſtes in das ermländiſche Kalendarium, ſo daß dem ermländiſchen Directorium für das Jahr 1767 ſchon das Formular für Officium et Missa de SS° Corde Jesu beigedruckt und das Feſt in dieſem Jahre am 26. Juni zuerſt allgemein in allen ermländiſchen Kirchen gefeiert wurde.

Diöceſan-Nachrichten.

St. Adalbertus-Bonifacius-Verein.

Frauenburg, 29. Mai. Für den St. Adalbertus-Bonifacius-Verein, deſſen Jahresrechnung 1873 inzwiſchen in Erml. Paſtoralbl. Nr. 9 und Erml. Volksbl. Beil. Nr. 38 veröffentlicht iſt, haben ſeit meinem letzten Bericht vom 26. Januar d. J. (in Nr. 3 d. Bl.) wieder eingeſandt: **à noch pro 1873:** Herr Erzpr. Schwark aus Gemeinde Röſſel 2 Thlr., H. Pf. Gräber a. G. Süſſenthal 10 Thlr., H. Beneficiat Acklin a. G. Braunsberg 37 Thlr. 13 Sgr. 10 Pf., a. G. Bludau 10 Thlr. 13 Sgr., a. G. Tolksdorf 3 Thlr., H. Mpf. Schulz a. G. Bilderweitſchen 2 Thlr. 5 Sgr., Hr. Kapl. Zink a. G. Wormdit 24 Thlr., H. Pfr. Hippler. a. G. Wuslack 2 Thlr. 13 Sgr., H. Domherr Dr. Lämmer in Breslau 25 Thlr., H. Pf. Carolus a. G. Plauten 15 Thlr., H. Pf. Karlewski a. G. Ramſau 15 Thlr., H. Pf. v. Grzymała a. G. Kleeberg 6 Thlr. 10 Sgr., H. Domh. Wien a. G. Kunzendorf 5 Thlr. 14 Sgr. 5 Pf., a. G. Wernersdorf 15 Sgr., H. Erzpr. Stock a. G. Wartenburg 6 Thlr., a. G. Leſchienen 3 Thlr., a. G. Mensgut 1 Thlr. 20 Sgr., H. Pf. Rapierski in Diwitten 50 Thlr., H. Dr. G. in Königsberg 20 Thlr., H. Pf. Ernſt a. G. Heinrikau 4 Thlr. 16 Sgr. **b. pro 1874:** H. Kapl. Poſchmann a. G. Heilsberg 22 Thlr., H. Pf. Lunau a. G. Layß in 2. S. 50 Thlr., H. Kapl. Wagner a. G. Proſſitten 20 Thlr., H. Mpf. Bornowski a. G. Heiligenbeil 7 Thlr. 26 Sgr. 10 Pf., H. Pf. Romahn a. G. Rautenberg 5 Thlr., H. Pf. Oſiński a. G. Purden 4 Thlr. 15 Sgr., H. P. Röhrich a. G. Roggenhauſen 13 Thlr., H. Mpf. Schröter a. G. Landsberg 2 Thlr., H. Probſt Elvers a. G. Tolkemit 12 Thlr., H. Pf. Schmidt a. G. Noßberg 9 Thlr., H. Pf. Thiedmann a. G. Neukokendorf 3 Thlr., H. Probſt Hoppe a. G. Elbing 15 Thlr., H. Pf. Neuwald a. G. Krekollen 33 Thlr. 15 Sgr. 4 Pf., H. Pf. Dreſp a. G. Grieslienen 2 Thlr., H. Pf. Ernſt a. G. Heinrikau 17 Thlr. 10 Sgr., H. Pf. Hippler a. G. Wuslack 17 Thlr. 15 Sgr., H. Pf. Stankewicz a. G. Plauſen 25 Thlr., H. Pf. Weichſel a. G. Dittrichswalde 15 Thlr., Hr. Pf. Freisleben a. G. Thiergart 8 Thlr., H. Probſt Sett a. G. Biſchofſtein 26 Thlr., H. Pf. Radolinski a. G. Reimerswalde 39 Thlr., H. Pf. Schmeier a. G. Fiſchau 6 Thlr. 27 Sgr., H. Pf. Stock a. G. Liebenberg 6 Thlr., H. Erzpr. Conradt a. G. Seeburg 25 Thlr., a. G. Proſſitten 5 Thlr., H. Kapl. Kuhnigk a. G. Wormditt 25 Thlr., H. Pf. Herrmann a. G. Gr. Köllen 6 Thlr., H. Pf. Roſenfeldt a. G. Frauendorf 10 Thlr., H. Erzp. Feyerſtein a. G. Guttſtadt 23 Thlr., a. G. Arnsdorf 17 Thlr., a. G. Peterswalde 22 Thlr., a. G. Wolfsdorf 21 Thlr., H. Pf. Engelbrecht a. G. Neukirch 18 Thlr. 13 Sgr., H. Mpf. Schulz a. G. Bilderweitſchen 6 Thlr. 20 Sgr., H. Pf. Schröter a. G. Heiligenthal 5 Thlr. 6 Pf., H. Erzpr. Karau a. G. Allenſtein 25 Thl. 21 Sgr. 6 Pf., a. G. Diwitten 3 Thlr., a. G. Göttkendorf 5 Thlr. 15 Sgr., H. Pf. Carolus a. G. Plauten 17 Thlr., H. Bf. Acklin a. G. Braunsberg 57 Thlr. 10 Sgr., a. G. Plaſtwich 20 Thlr., a. G. Schalmey 27 Thlr., a. G. Heiligenbeil 3 Thlr., H. Pf. Engelbrecht a. G. Glottau 23 Thlr., H. Erzpr. Dr. Pohlmann a. G. Heilsberg 48 Thlr. 25 Sgr., a. G. Blankenſee 5 Thlr., a. G. Stolzenhagen 10 Thlr., a. G. Kiwitten 26 Thlr. 5 Sgr. — Gott bezahls allen Wohlthätern!

A. Thiel.

Verantw. Redacteur und Verleger Dr. F. Hipler in Braunsberg. Im Buchhandel zu beziehen durch Ed. Peter in Leipzig.
Druck von C. A. Heyne in Braunsberg.